

*nostro dolebant, modestia tua magis,  
ac moderatione summa, quam tanta,  
qua splendes, potestate, tueri fortiter,  
ac suaviter, non exigua opera, pro-  
curasti. Et insuper, quia brevissima  
sunt opera Minimi ex Conterraneis  
tuis; quos omnes ut vides pro Republi-  
ca, pro Religione, pro Patria, die  
noctuque labores suscipere, illico eos  
omnes in tuam suscipis fidem, illisque  
vires addis, ut fortia quæque, ad  
commune bonum, aggrediantur.*

*Quis ergo nos arguat, si litera-  
rium pro natione nostra bellum susce-  
pturi, sub alienis auspiciis militare,  
inopportunum, sub tuis autem, RE-  
GENS SAPIENTISSIME, justissimum ju-  
dicavimus? Tu enim, quis hominum  
ignorat? commune solum nativitate  
exornasti, virtute decoras, dignitate  
vero quam maxime illustras. Et sicut,*  
*Te*